

Библиотека № 313 ф. 1
P. o. lat.
729 а

ПРОПЕМТИКА

IN A BITVM ET RE-
DITVM GEORGII HELNE-

RICORONENSIS, TRANSYL. VNA
cum responso eiusdem ad quæstionem D. Andreæ
Perliti Quedelburgensis, valedictionem ad præci-
puos fautores & amicos complectente: à qui-
busdam eorum scripta.

AD FINEM ADIECTA EST APOLOGIA
de Reuerendo Patre, ueritatis illo Euangelicæ repurgato-
re, ac Antichristi Romani domitore, D. D.
Martino Lutherio.

Quisquis amat Christū, non oderit ille Lutherū,
Eloquio cuius Christus in orbē viget.
Cedite degeneres, qui quantū in pectore Christi
Fertis, ab hoc uno, fertis id omne, Patre.



VVITEBERGÆ

Excudebat Clemens Schleich.

M. D. L X X X.

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ,
IN GRATIAM ERVDI
 TIONE, ET PIETATE PRÆSTAN-
 TIVM IVVENVM, GEORGII HELNERI, ET GE-
 ORGII SERVACIANI, CORONENSIVM, cum ex
 patria in indytam VVitebergen. Academiam profe-
 sturi essent: Scriptum à

Iohanne Decan Bistricio, perpetuæ
 amicitiæ ergo.



Arpserat Eous nocturna cubilia Titan,
 Prodierantq; alto sidera clara polo.
 Rusticus optatos ducebat pectori somnos,
 Et cecinit mæstum noctua dira melos.
 Cū canere paucos nō vena diuite versus,
 Qui nouis Aonio carmine miles eram.
 Ecce venit docta comitatus Pallade Phœbus,
 Qui dux Pierij dicitur esse chori.
 Tu faciles cui sunt vena, facilesq; Camæna,
 Inquit, Castalijs carmina pange modis.
 Nunc repeatas quadam Iuuenum tentoria mecum,
 Leucoris hos doctos iussus ad arua feram.
 Saxonicos visent fines, fontesq; serenos,
 Quos sacer Aonidum suppeditauit ager.
 Hac ubi fatus erat dextra me duxit ad ades,
 Et moto dixit cardine pande fores.
 Illicet ingredimur: somnum sed captat uterq;
 Suauiter in proprio spirat uterq; toro.
 Somnia tunc Pallas non friuola finxit uterq;
 Hac prabens somnis percipienda suis:
 Aeneas præstans terris iactatus, & alto,
 Ni varijs esset obrutus ille malis.

M.H. MUSEUM KAROLINIANUM
 H. Nyct. Nov. d. 1880
 1901 9. 82.

Si non

Si non tot passus casus, belliq; labores,
 Heroum nomen non meruisse auum.
 Ipsius haud tanti celebrassent nomina vates,
 Cui similem fateor tempora nulla ferent.
 Quis non præclarum vates celebrauit Ulyssem,
 Terra est quod passus tot mala, totq; mari?
 Hanc meruit famam, superum quod latus in aulam,
 Cum ducibus soluat debita vota Ioui.
 Horum vos Iuuenes moueant exempla virorum,
 Est aliquid patrium linquere posse solum.
 Atq; peregrinas urbes non simplice cultu
 Vidisse, & Latij labra rigasse vadis.
 Vos igitur sacros cupitus qui visere fontes,
 Et colere Aonij pingua rura soli.
 Difficiles perferte vias, & saua pericla,
 Gloria nam vobis qua referatur erit.
 Aeternum vos hinc nomenq; decusq; manebunt,
 Fama resurgentis vos quoq; luce vehet.
 Sit licet incepsum rigidum, plenumq; laborum,
 In celso Musa credite colle latent.
 Festiuos tandem Musis referetis honores,
 Cum victum forti crure cacumen erit.
 Ipsa ego vos veterum monstrabo scripta Sophorum,
 Quæ vobis referent cum piozto decus.
 Vos pascam Aonio per tempora multa liquore.
 Quem flores Vatum suppeditare solent.
 Cingite vos Iuuenes ad iter modo, cingite tandem,
 Surgit ab equoreis virgo marina vadis.
 Iam cantu solito rumpunt arbusta cicada,
 Rustica pastoris fistula dulce canit.
 Hac ubi dicta dedit, cum Phœbo sidera Pallas
 Corripit, & Phœbus currere cœpit equis.

A ij Hac

Hac animis vestris cum concepistiis uterq,
Dixisti, sat tenero est delituisse toro.

8. Augusti.
Et Titan Latos radios ab aquis referebat,
Surgentis signans Virgins astra Manu,
Pectoribus vestris quando haec reputastiis uterq,
Quia in vestro dixit casta Minerua toro.
Mox igitur patres, matres, & sanguine iunctos,
Mox senio canos consuluitis auos.
Suasere unanimes, & qui contrarius esset,
Nullus erat, mens hac omnibus una fuit:
Ut patrios fines fugeretis, & arua paterna,
Teutonicos tandem sic coleretis agros.
Hec quot fuderunt lacrymas, suspiria, planctus,
Et superis matres quo retulere preces?
Tendebant palmas tristes super astra precantes,
Ducebant maestos sepius ore sonos,
Iuppiter ut faustas dignetur reddere cœptis
Successus, Austri & vela secunda, nouis.
Ac quia iam patres, matres & sanguine iunctos
Linquetis, patry caraq, rura soli,
Me quoq, qui teneros vobis sum dicere versus
A Phœbo iussus; prospera curata precor.
Pergite felices, Dea vos comitetur amoris,
Me iuuet & post hac vos habuisse bonos.
O vos Pieriy dulces Heliconis alumna,
Numina qua solidam religionem colo,
Dicite, sit felix incepsum, dicite felix,
Hac vestra mitto cuncta regenda manus.
Dicere sum versus hos nunc ab Apolline iussus,
Care HELNERE tibi, SERVACIANE tibi.
Hoc ego testabor vobis, hoc carmine nostro,
Quod sincerus ego vester amicus ero.

ppos

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΩΝ

ανιγματώδες,

VERA PIETATE ET ERUDITI
one eximia præstantissimo Iuueni, D. GEOR
GIO HELNERO Coronensi, Transsylua
no, VViteberga in patriā reuersuro:

Scriptum à

M. Jona Nicolaj Osteruicensi, Saxone.

 Pto via comitem gratum tibi, doce GEORGI,
Quem si nosse cupis (fortassis nosse laboras.)
Altera prodibit, duplicitur litera prima,
Primā si triplicas, & dein' bis substrahis unū
De triplo, veniet tibi tercia: summa notarum
Si quadraginta dederit, tibi prima reperta est
Littera. Nunc comitem, tibi quem precor, optime frater,
Protinus exponas, & eris mihi magnus Apollo.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
O	P	Q	R	S	T	V	X	Y	Z.			
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23.			

DISTICHON NUMERALE.

ECCE IVVat patrias HeLnerVM Visere terras,
Ah faVeas Cœpto, CHRISTE benigne, saCro.

Δεκάσιχοπ:

Cuius numeri priorum versuum, productum designatum:
posteriorum vero trium literæ initiales, nomen
comitis optati, exhibent.

L littera, decreti comitis mihi, prima palam fit
E numeris septem selectis: altera vero
A ij Duplatis

Duplicatis illis : triplicatis, tertia surget
Hinc duo si reseces, summa remanente statuta.
Littera quod si non fuerit tibi cognita prima,
Assumta quacunq; alia reperire docebit,
Et numerus falsis primam, te Regula Falsi.

7 G ratus erat comes hic abituro : gratior alter
14 O ptari nequit & reddituro. Sit, pie Iona,
19 T alis utrig; comes nostra per tempora vita.
40.

Georgius Helnerus Coron.

Επίγραμμα ἐρωτηματικόν.

TE natale solum, dulces, HELNERE, parentes
Te reducem cupiunt nocte dieq; dari.
Iam tibi coniuncti fraternamente sodales
Quarunt, num fratres linquere iure queas?
Omnes hi quibus est pietas tua nota, fidesq;
Hinc ut ne migres corde fauente rogant.
Tu contra: natale solum dulcedine mira
Me dicit, patria me nimis vrit amor.
Ergo iuuat patria me dulcia rura videre,
Conspctus matris me renocatq; mee.
Hoc euidem fateor tecum dilecte GEORG I,
A vera nec sunt hec aliena fide.
Quod tibi sit durum peregrina sede morari,
Nec sumum patrij posse videre faci.
Sed cum dulce viris doctis coniuere posse,
Quorum nota fides, & tibi notus amor,
Hinc tu ne dubitans abeas, dubios ue relinquas,
HELNERE, ex vero qui tibi corde fauent.
Siste gradum, causasq; graues ex ordine profer,
Cur nobis spretis patria tecta petas?

T. Andreas Perlitus
Quedelburgensis.

Απόστολος

GEORGII HELNERI, AD

Ἐρωτηματικόν doctiss. D. Andreae Perliti Quedel.

Candide Perliti, doctis adamante Camenis,
Pectore qui pure mystica sacra colis.
Nuper ut inualuit rumor, quod nostra videnda
Incessit patria corda cupido domus.
Qualis Iazygia Arctoo sub climate rara
Vrbs iacet, excelsis cincta CORONA ingis,
Quodq; mihi rursus per tot discrimina rerum,
Perq; graues casus, mox repetenda foret:
Quos commune mihi studiumq; animusq; parauit,
Quaris, num fratres linquere iure queam?
Hic mihi tam faciles si sint ad carmina Musae,
Noster & in numeros tam bene versus eat,
Quam responsuro grauitum se copia pandit
Causarum, præsens quas dedit ansa mibi.
Iam satis exactas legeres ex ordine causas,
Quem promtus dederis, tuq; tuiq; locum.
Sed quia nec tutum chartis concredere quauis,
Sufficit aut dignos Calliopea sonos.
Nec mea sustineo Diuas in vota vocare:
Sat fusè nodum solueris ipse datum.
Namq; licet memorem Peligni ruris alumnum,
Ingenio fraudi, qui fuit ipse sibi.
Sisyphio cretum referam si sanguine, mentis
Appositum specimen qui patientis erat.
Insuper & multos alios: utring; prioris
Membri, eadem ratio, resq; erit una tamen.
Nempe: peregrino quod sumus gravior igni
Est patrius, seu sors sit bona, siue mala.

Hinc

Hinc Ithaci loco comites pasti licet essent,
Oblitus patria non tamen ullus erat.
Ipseq; Dulichius, cuius sapientia non est
Ultima: cum Circes posset amore frui,
Connubium q; adeundo Calypsus, vincere vitam.
Vt sine naufragijs, sic sine morte truci,
Expetiū per tot casus, tot plaustra laborum,
Fumum de patrijs cernere posse foci.
Res quacunq; igitur fuerit, qua dicit alumnos,
Certum est: præ cunctis patria recta placent.
Excipit at, quod dulce viris coniuere doctis,
Quorum nota fides, & mihi notus amor.
Forsitan & dicent alijs quod copia paucis
Talis amicorum, forsq; fidesq; data est.
Quippe quod adductos supra concernit utrosq;
Hirsutos inter degerat ille Getas.
Hic apud indomitas gentes, quibus ut neq; mente
Vlla fuit pietas, sic neq; corde fides.
Esto: mihi, fateor, nihil his antiquius esset
In terris, quam vos visere posse diu.
Et quid dico diu? cupiam cum tempus in omne
Vincere vobiscum, si modo fata velint.
Ingenijq; mei fructu pradiuisse vires,
CHRISTI in mandatis excoluisse sacris.
Tam tristis nec ita est bimulus nutrice negata,
Tristis ut à vobis hinc abiturus ero.
Sed quid agam? quam me reducem vidisse parentes,
Amplius in votis nil habuere, senes.
Vtq; alios raseam: sola his solatia restant,
Oscula quo saluo figere salua queant.
Ac veluti cervus sitiens aspirat ad undas:
Sic cupiunt natum posse videre suum.

Illis acceptum ferimus si pignora vite,
Si, quid sis, horum munieris esse solet.
Sollicitis ergo votis parere parentum,
Quid ni tum iuris, tum pietatis erit?
Decrepitos fertur nutrire Ciconia: Grajus
Avulpiæ lagyræp ut vocula trita notat.
An non ergo, suos soueant cum bruta parentes,
Destituisse meos, dixeris esse nefas?
Deniq; quid vires exhaustas corporis usu
Assiduo, sumitus difficilesq; feram?
Catera quid, pondus minus haud habitura, Penates
Qua patry dictant? plurima sponte premo.
Quid quod & haud minimam nostri natale reposcit
Exortus partem, teste Platone, solum?
Vig; tuos, patriamque queas si forte inuare,
Id facias, pietas, fama, decusq; iubent?
Quare, ne mihi mens adamantina, & are reuineta
Triplice, si moueant nil modò dicta, foret.
Si neq; quam primum patrio me limine sistam,
Anxia diuina fila regente manu.
Ergo ne nos spernis, nostriq; obliuio te iam
Capit? cur frangas fædus amoris, aii?
Nil minus: est id inhumanum quod qui procul absit,
Sicut Athenaeus, non sit amicus, habet.
Nam si verus is est, quem non presentia tantum
Corporis, utilitas certaq; gignit, amor.
Subdola vel palpans non assentatio: sed quem
Vna fides, Domini conciliatq; timor.
At Domini timor, una fidesq; erat omnibus: ut quid
Non igitur fuerit verus, & unus amor?
Si fuit is verus, Christi quoq; glutine iunctus:
Me procul hinc, pessum noster ut ibit amor?

Gregor. Certè aliud si non ad alendos pectoris ignes
Magn. Et Conceptos, medium fortius esse potest,
i. Corinth. In Christo quam vox, & mens, eademq; voluntas;
Quin nobis maneat firmus, & unus amor?
Turpe est, officijs suspensi cordis amorem,
Quantum oculis, animo tam procul iisse statim.
Illiū ast opera quod si dicantur alumnae:
Quid prohibet, locus his quo minus esse queat?
Si qua pericula sunt: imitemur vulgus, Erasmus
Ceu monuit: nec ab his discere bella pudor.
Corpora disiuncti munuscula mutua demus,
Seu chartacea, seu qualibet ea sint.
Hac ratione animis mansuri semper eisdem,
Sic quoq; sancti fædera pacta magis.
Spiritus hic igitur vacuas prius ibit in auras,
Nullus & in toto corpore sanguis erit,
Quam vestri nostram subeant obliuia mentem,
Per meq; intereat pignus amicitia.
Quod supereft: sacros inter dignissime vates,
OLE I S E R E, mihi patris habende loco.
Quem Vuitebergensis pubes, & vinea C H R I S T I,
Quem laudant nostra docta Lycea Schola.
Quem Nicer, ac Albi, pariterq; binominis Ister
Suspicit, & vera greci pietatis amans.
Hocce loci cursus mea cum sit meta peracta,
Ad patiosq; Lares iam redditurus eam.
Ceu merito primas tibi de beo propter honoris
Cùm decus, officij tum ratione mei:
Hand scio sic primo dignas quo carmine soluam
Grates, pro meritis, officijsq; tibi.
Quid squidem dicam quo me dignatus amore es?
Snaue quid alloquim? quid beneficia canam?

Quid

Quid memorem quod cœlestis cœleste, fideli
Te duce, libauit religionis opus?
Religionis opus, quod magno, Magne L V T H E R E,
Afferuisti animo, tela ferente Deo.
Vindice dum sternis contactus pectora flatu,
More Pericleo, turpia monstra Pape.
Et gentis fera probra, dedit que prælia sicut
Tristia: sic tristi funere mersa iacet.
Cuius ad intuitum, ceu visa Gorgone, tota
Dirigit fallax utræq; mente cohors.
Percussa aut oculorum Augusti fulgere tanquam,
Est velut historica res ea nota fide.
Tunc etenim, lime sciolus quam quilibet illum
Debuit aut potuit subdere, maior erat.
Currus tunc, Israëlisq; auriga P H I L I P P O,
Cui similemq; ferent secula nulla, fuit.
Par tunc nullus erat, ceu Iustus dixit Ionas,
Fassa est hostilis, Pontificumve manus?
Ipseq; Caluinus quem pro primario habebat,
Tunc C H R I S T I seruo, qui tamen hostis erat.
Quot squidem Sathanæ, Ventrum, Procerumq; Papeq;
Sustinuit luctas, bella, pericla, minas?
Νῦν δὲ σῶμα λέοντος ἐφυερίζεσθαι λαγώων
καὶ πλεύεινες, τοῦ το καθάρια απαρ.
Imminuit tantum damnoſa dies: Simul at dum
Conqueror, abruptum Musa relegit iter.
Mens stupet ad cumulum: prius ergo vertere praefat
Vela stet in vasto quam mea cymba mari.
Ne tamen audaci videar succumbere capto,
Contractis velis, ad pia vota feror.
Viue, vale aeternum dulci cum coniuge, dulcis
Presul: Mathusale cernat uterq; dies.

B y Viue

*Viue precor felix: Deus impleat omnia, nuper
Que mea deduxit paupere Musa penit.
Scilicet ora prophetarum quo more retundas
Consueto, lacerant qui sacra verba IOV AE.
A Eternumq; Aoyop diuina in sede reposum,
Deiectum miris qui cupiere dolis.*

Genes. 6.
Item 8.

*Illi aut Maiestatem qui claudere claustris
Tentant angustis, vel penitusq; negant.
Gens stolidos credens, verbo qui mentis acumen
Peruersum, subdunt, Maxime CHRISTE, tuo.
Hac illud stolidè contrà cum preferat: uti
Quo possent illi forsitan arte pari.*

*Nam cum falsa animo sit, falsaq; pectore, cunctos
Hac in calicicum ducere fraude cupit.
At si sunt docti, qui CHRISTO credere nolunt,
Quis rogo Iudeis doctior esse potest?
Nam Mahometistas, Arianos, deniq; priscì
Quos dixeré Sophos, praterisse libet.
Hanc igitur caluosq; precor si recta comatos,
Quid, nisi quam caluum vellere velle, pates?*

*Hem bona gens, bona verba precor: tibi, credere quemens
Suggerit, hoccine num tam sapientis erit?*

*An vero contra, te iudice, credere mentis
Qua captum fugiunt, insipientis erit?*

*Fidere si Christo, Christi pro munere habendum est,
Cum sine fallaci soluerit ora dolo,*

*Ex Domino qui sit, Domini credat quoq; verbis:
Num sapiens, huic qui credere ubiq; negat?*

*Sic credenda voles que sunt confinia mentis:
Scriptura in primo falleris articulo.*

*Ex nihilo nam fit nihil: ergo ea credere solum,
Insipientis, at hac, sat sapientis erit.*

Matth. 13.
Item 16.
Ephes. 2.
Iсаi. 53.
Iohan. 3.

Principiū
naturale.

Adde

Adde quod absurdum est: nam que sperantur ut extente

Efficit, cuincens non quoq; visa, fides.

Infiniti ad finitum proportio cum sit

Nulla, AoyQ caro, dic, quomodo factus erat?

Ah, Aoyr summe, tibi fac credam tempore cuncto,

Seu stolidus, seu quo nomine cung; vocer.

Tu generose BARO: iuuenes virtutis auita,

EINSIDEL & MILITITZ, nobilitate graues.

API T I reuerende, SIDERE, colendeq; VVOLFFI,

Hospitio qui me, quiq; leuasti ope.

Tuq; I AGENT E VFFE L: populo qui panditis almi

Dogmata sacra DEI, iussa verenda DEI.

Cumq; GODELMANNO pariter tu VLRICE diserte,

Qui modò Tecciacos degitis inter agros.

Tu mihi post nullos unquam memorande sodales,

Cui multum in primis debeo: care MYLI.

Deniq; quos habui coniuctores: simul omnes

Viuute felices, atq; valete diu.

Sig; eritis nostri memores aliquando: rogate

Prabeat ut nobis mitia fata IOVA.

Tu vero praelata manus, veneranda corona

Aonidum, & sacri gloria prima chori.

Que mihi Theseo deuincta fauore fuisse,

Nominibus multis & redamata mihi.

Vix unquam fateor, cui sum soluendo futurus

Pro meritis varijs, officijsq; pjs.

Numine sub CHRISTI nunquam non viuuto sospes,

Atq; memor nostri sospite mente vale:

Tu IONA excellens, tu PERLITI QVE, verendus

Frater uterg; mihi, carus uterg; mihi.

Tu pariter IVDEX, & tu MOLLERE, beatè

Cumq; DEDEKINDIS, opto, valete dia.

B ij Tii

Hebr. 11.

Axioma Geometr.

Ioh.1.

Georgius Andreas

L. Baro à Puchaim.

Heinricus Abraham
ab Einsidel.

Ernestus VVilhelmus
à Miltitz.

M. Bernhardus Apie-
tius, Superint. Belcic.

M. Simon Siderus.

M. Cyriacus VVolffius

M. Andr. Iagenteu-
ffel Diaconi VViteb.

M. Ioh. Georgius Go-
delmann. LL.L.

Vlricus Andree.

M. Abraham Myliq.

Euricius Dedekine-
dus Lunenburg.

Theodosius Tu quoq; FABRICI cum GALLO, viuito felix,
Fabricius. Et vos ad patrios, qui rediſtis agros,
Philippus Cum VVIPPERMANNO suavis GIBELHVSIE, tuq;
Gallus. Innumerous valeas, OCCAME docte, dies.
Hartuicus Cernite constantes Nelēia secula cuncti,
VVipper= man. Hoc & amicitiae symbolum habet mea:
M. Iohannes Hyrtacides socium coluit quo semper amore,
Gibelhusius Vos mea per vita tempora, ritè colam.
M. Henricus Vos quoq; qui patriæ mihi iuncti lege fuisti,
Occam. Præstisti & quisquis munia grata mibi,
Incolumes eum traducite: carba a nostris
Vtq; det incepis, dicite, fausta DEV S.
Vestra igitur nostris coniungite vota. Valete
Iugiter. Hic sittet fessa Thalia pedem.
Tempus adest etenim, quo lato carmine, tristi
Vallata egressus mania, voce canam:
Albi Pater salve, Pater Albi valeto: benigne
Quæ me souisti tu VViteberga vale.
Ite, valete diu fratres, bene viuite fratres,
Iam celer in moto puluere currit equus.

A L I V D
ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ,

Scriptum à M. Johanne Judice
Magdeburgensi.

Silicet in patriam redditurus es, inter amicos,
O HELNERE, meos pars veneranda mihi?
Ecquod μυρμόσωρ tibi dulcis amice relinquam?
Et quod sinceri pignus amoris erit?
Si mihi diuitias amplas natura dedisset,
Promeret eg̃ penu diuite Cræsus opes,

Tunc

Tunc tibi donarem munuscula digna GEORGI,
Quæs firmaretur non dubitatus amor:
At mihi cum desint amplissima munera regum,
Exiguum carmen nostra Thalia dabit.
Vi cum disiungant nos interualla locorum,
In patria degens, sis memor usq; mei.
Vulgus amicitias tanti per pectora fido
Seruat, dum præsens conspiciendus adest:
Ast ubi per longa regione remotus abesse
Cogitur, ex usu notus amicitiae,
Excidit ex animo, cœpitq; obliuio mentem
Eius amicitiae, qua modò iunctus erat.
Sic procul omnis amor, fida & coniunctio vulgi
Distant, ut loca, quæ vix redditurus, adis.
Sed mihi quis causas memoret, quæ visa fuerunt
Plus quam Thesea pectora iuncta fide,
Quod subito simulatus amor, concordia falsa,
Atq; fides mendax, ut leuis aura, perit?
Scilicet hac ratio est: memori quod mente repositus
Non manet unus amor, non manet una fides.
Glutine quippe malo, vinclis & non satis arctis,
Ilorum iunxit pectora prauus amor.
Nam pietas, eadem fidei q; professio, vero
Connectunt homines semper amore duos.
Hac animo stolido dum spenit mobile vulgus,
Vtilitate probans nomen amicitiae,
Sapiens in mundo regnant fraudesq; doliq;
Vi dubites tutò cui sit habenda fides.
Quid? quod tuta, frequensq; via est per nomen amici
Fallere, & insidias ponere sæpe truces.
Hinc & amicitiae sanctum & venerabile nomen,
Est modò pro nihilo, sub pedibusq; iacet.

At nos

At nos unanimes, vera pietatis amore
Religio iungit, iungit & una fides.
Ergo in perpetuum, simul aeternumque manebit
Noster amor, nexus pectora bina ligans.
Ac HELNERE tuus noctesque, diesque manebit
IVDEX, perpetua iunctus amicitia.
Difficile est iter ad tua mœnia, clara CORONA,
In Transylvanicis urbibus celebrata iugis.
Hoc quia suscipes iter, ô facunde GEORGI,
Leucoreæ linquens docta Lycea schola.
Fecit in excubias hominum, quæ CHRISTVS IESVS
Agmina, te cingant, tutus ut ire queas.
Et patrio saluum reducem te limine sistant,
Ac pellant Stygij noxia rela ducis.
Absit item insidias hominum persape petaris,
Sint procul, opto, metus: sint procul, opto, dolis.
Denique nullius turberis murmure venti,
At semper clarus Phœbus ab axe mices.
Quod restat: felix abeas, Nelia viuens
Secula, & incolumis tempus in omne VALE.

DISTICHON NUMERALE,
annum salutis monstrans.
Experi ad patrios HeLNere redire Penates,
QVI est Deus astra regens, opto, gubernet Iter.

ALIVD.

SCRIPTVM A M. BALTHASARE
Mollero Smalcaldensi.

Ergo, HELNERE, tua si stat sententia menti
Linquere Leucoreæ docta Lycea schola:
Vade bonis anibus, quo te fortuna, Deusque,
Quaque fauor captus, aptior hora vocant.

Altitonante

Altitonante Deus, qui fulmine territat orbem,
Sit rogo difficilis duxque comesque viae.
Prospera quæ reuocat te iam fortuna, vocato
Expers hoc ut sit det tibi fraudis iter.
Quæ tibi iam cœlum monstrat sine nube serenum
Hora, ferat flatu conueniente dies.
Incolumem patrias cum te duxere sub oras
Hora, Deus, sors: haud immemor esto mei.

D. GEORGIO HELNERO
Fridericus Dedekindus Junior,
propemptici loco F.

Nostra licet longo dirimantur corpora tractu:
Iuncta tamen maneat mens tua, amice, mea.
Fiet id exulto fuerit si intenta libello,
Qui de concordi religione doces.
Hic mea semper erit, tua sit quoque semper ibidem,
Sic mea iuncta tua est, sic tua iuncta mea est.

ETOSIXOP.

BELLA probent alii, nobis Concordia cordi est,
QVI pIVs est, pacis non erit hostis atrox.

C APOL.